





LAVRVS  
SIUE  
FICTIO POETICA,

QUA  
VIRO NOBILISSIMO ATQUE CLARISSIMO

JOHANNI JACOBO  
RAMBACHIO,

SVMMS IN PHILOSOPHIA HONORES  
D. IV. MARTII ANNO 1762.

IN ACADEMIA JENENSI CELEBERRIMA

CVM OMNIVM APPLAVSV  
ADSEQVTVO,

IN PERPETVÆ AMICITIÆ ATQVE  
AMORIS INTEGERRIMI  
SIGNIFICATIONEM  
GRATVLLARI

VOLVERVNT

E. H. A. ET C. F. C.  
THEOLOGIE CVLTORES.

H A L E

Literis JOH. CHRISTIANI HILLIGERI Acad. Typogr.





Ox erat, & summum nubes velabat olympum,  
 Et terras horrenda simul caligo tenebat,  
 Pellaque, quem dulci Zephyrus lenique fufurto  
 Grataque suadebant vndarum murmura, fomnum  
 Mollibus in stratis tunc membra expansa vocabant,  
 Tunc ego vix clausis oculis membrisque solutis  
 Per tenebras densas & amica silentia noctis

Nescio quo fato, seu qua ratione per auras  
 Cum quodam subito videor mihi raptus amico.  
 Ducimur incerti montemq; attingimus alicum  
 Verticibus nubes qui findit & astra duobus,  
 Praecipitesque vias scandentibus exhibet, at non  
 Ingratas. Hunc Parnassum dixeret coloni.  
 Atoniti dulces hortos Cererisque feraces  
 Miramur campos & agros segetemque futuram,  
 Et viridi vestita simul tum iugera lauro,  
 Prataque post huius herba vernantia molli,  
 Suauem nascentum florum gratique hyacinthi,  
 Et viola & myrti patula miramur odorem.  
 Agmina jamque sonos dulces miscere volucrum  
 Tentabant & ager cantu resonabat alaunda,  
 Lataque certabat iamdum philomela canendo.  
 Hicque greges ouium pascebant, hicque serarum  
 Turmatim e latebris prodibant rursus opacis  
 Quisque sua numen laudantes voce ceterua.  
 Vidimus & ceruus per amena vireta jocantes  
 Atque truce ac sauis munitum dentibus aprum  
 Tempore placatum mitescensque sereno  
 Haec oculis alma naturae dona tuentes  
 Pergimus & reliquum cupimus quoque visere montem.  
 In medio ecce ingens saxum assurgebat in alrum,  
 Excellens formam arcis habens castrique superbi.  
 Figimus hic gressus propiusque accedere ad arcem  
 Non ausi maiestatem reueremur agr. stem.  
 Mox tremor insolitus languentes occupat artus,  
 Deficiunt vires, labium decus omne recedit  
 Luminaque aspectus grauis hic morientia fallit.  
 Tumque virum, queni barba leuis rugaeque seniles,  
 Frons grauis atque decens vultus niueique capilli

Ornabant, prope venientem cernimus ad nos.  
Ille ubi percussos nos vidit humique iacentes:  
Subridens, quicumque, inquit, vos denique sitis,  
Aut quocumque achi fato Parnassia regna  
Videritis, iuvenes, omnem remouete dolorem,  
Me comitem vobis praestabo ducemque fidellem.  
Dixerat, & sensim summus timor ille cessit,  
Atque oculis lumen detractum & vita reuertunt.  
Tunc ego firmatus mentem pauloque resectus;  
O, inquam venerande senex, qui solus Achillem  
Et grauitate a quas facundum & vincis Vlysem,  
Obstuspefactorum quaso miserere metuque  
Solue peregrinos, & quo nos ducere tandem  
Fata velint doceas, & cuius regna videre  
Contigerit, qualisque locus, templumque superbum  
Et terrens hominum vaga lumina saxum horrendum,  
Atque vtrum tuto liceat descendere, narra.  
Ille bono simulac animo nos iusserat esse;  
Sic fari est ortus: Montem, quem cernitis istum  
Pulchris naturæ donis opibusque refertum  
Rex habitat musis sacris comitatus Apollo.  
Dulces hic formare sonos citharamque mouere  
Atque animos plectro nouit mollire feroces.  
Tigridis hic rabiem saeuorum iraque leonum  
Sanguinis & cupidos vrsos susque cruoris  
Carmine diuino frangit, facit atque dolorum  
Cautam obliuisci vulpem: si dicere carmen  
Incipit & mollem tenues iubet ire per auras  
Pergratumque sonum. Doctæ quoque carmine musæ,  
Pierides prisca quondam de gente vocata,  
Si suaque quos fertur genuisse Heliconia, montem  
Huncce colunt formantque choros & carmine siluas  
Et montes resonare docent & tangere chordas.  
Artibus hic operam nauant & doctæ frequentant  
Atria mortales, exercenturque canendo.  
Castalum fontem radices montis ad imas  
Cernitis, & cuius scatebris cum murmure leni  
Nectare prorumpit mellito dulcior vnda.  
Hic, qui mularum tutissima signa sequuntur,  
Conueniunt dulcesque modos hic fingere dicunt,  
Et sua quisque ferunt tum præmia digna labore  
Ac studio, viridique ornantur tempora lauro  
Myrteaque hic illis imponunt ferta Camenz  
Et tyrio tinctis exornant vestibus ostro.  
Pergere sed tempus suadet qua cœpimus ire:  
Ergo age nunc iuvenes ipsam accedamus ad arcem.  
Imus & obliui luctus veterisque timoris  
De duce lætamur post fata priora reperto.  
Splendens in medio sol tum lucebat olympo  
Densa que dispulerat radianti nubila luce,  
Et rutilis mortem radiis atque arua petebat,  
Grataque fumantes edebant murmura riuu  
Et fontes. Qualem nos vidimus inter eundem,  
Qui nitido similem crystallo emiserat vndam;  
Vndique proceræ ramis pendentibus vni  
Et salicis lætæ cinctus dixere Aganippen.  
Moxque sub vmbrosam tenebris succedimus antrum,  
Nox ubi & infaustæ regnabant iugiter vmbra  
Toruaque terrebant & opaca silentia cunctos.

Hos, inquit tunc ille senex, habuere recessus,  
 Qui prius hæc quondam tenuerunt culmina, Hyantes  
 Per silvas montesque feras agitare pericos.  
 Denique prodimus saxumque venimus ad ipsum  
 Terribili saxum aspectu, templumque verendum.  
 Pendebant lapides subito casuraque saxa  
 Atque minabantur capiti vanoque timore  
 Percutere infirmos animos ac membra solebant.  
 Texerat annosus saxum cum gramine mulcus,  
 Altaque condebat viridis fastigia laurus,  
 Et ramos pandens vltimus frondosaque myrtus.  
 Stamus & attenti castrum saxumque tuemur.  
 Ingenstum rumor totam simul occupat arcem,  
 Conclamantque omnes lati templumque frequentant.  
 Hos quoque nos tandem sequimur, cupidiq; videre  
 Quid sibi turba velit, magni quid in arce geratur;  
 Ingredimur sacri per proxima limina templi:  
 Quod citharæ totum cantu resonabat ameno,  
 Pleridumque echo referebat carmina dulci.  
 Est adytum in medio, quo non penetrare licebat,  
 Hic Phœbus pater hic grata dulcesque sorores  
 Confedere omnes laurosq; & fœta tenebant.  
 In medio stabant iuuenes, quos candida vestis  
 Corporis ingeniuq; habitus vultusque modestus  
 A reliquis distinguebant. His deinde Camenz  
 Ex hedera & viridi lauro imposuere coronas.  
 Valde hæc mirantes dum nos perpendimus ambo:  
 Prætereunt tenebra, gelidi fugiuntque triones  
 Cynthius atque orbem radianti lumine rursus  
 Lustrat, meque huius somni simulacra relinquunt.  
 Jam vero quorsum tendant hæc omnia, nostra  
 Quæ tenui valde cecinit modo carmine musa,  
 Dicere, RAMBACHI, liceat, causamque docere.  
 Nempe nouum TIBI collatum gratamur honorem,  
 Plausibus atque piis faustissima quæque precamur.  
 Nostra TVAM primum mentem formauerat Hala  
 Artibus: hic TIBI Parnassus fuit, hæc Aganippes  
 Suprema hic summi tetigisti culmina montis.  
 Incluta nunc lauro dignum TE Iena coronat.  
 Perge igitur, qua cœpisti, perdulcis amice;  
 Quodque TIBI Dominus concedidit ipse talentum  
 Ipsi multiplici tandem cum fenore redde.



Gb 956,

2°

ULB Halle 3  
001 594 781




St 2

Walter Becker  
Buchbinderei  
Halle, Thüringer Str. 24

WOM







LAVRVS  
 SIUE  
 TIO POETICA;  
 QUA  
 BILISSIMO ATQUE CLARISSIMO  
 ANNI JACOBO  
 MBACHIO,  
 IN PHILOSOPHIA HONORES  
 D. IV. MARTII ANNO dñscccxx.  
 A JENENSI CELEBERRIMA  
 M OMNIVM APPLAVS V  
 ADSEQVVTQ,  
 PETVÆ AMICITIÆ ATQVE  
 MORIS INTEGERRIMI  
 SIGNIFICATIONEM  
 GRATVLARI  
 VOLVERVNT  
 H. A. ET C. F. C.  
 THEOLOGIÆ CVLTORES.

---

HALÆ  
 CRISTIANI HILLIGERI. Acad. Typogr.

